



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Pietas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

SPLENDOR NOMINIS. CAP. XII.

A Ntiqui omnes lumen pro homine, qui vel ingenii vel corporis viribus fretus præclara facinora En. lib. 10. edidisset, hieroglyphice ponere consueverunt. Unde Maro, *lumina tot cecidisse virum* dolet. Et Hinc officio eadem synepcia: *Geminis terrarum lumine Reges*, vir, quem citare minime pigeat, eloquentissimus re lumini- Pontanus posuit. Sed nostra potius afferamus. *Panavi lucernam Christo meo*, legas Psal. 132. ibi inter- bus dicuntur, pretes per lucernam, gloriam exponunt, hoc est, splendorem nominis, præclaramque famam, & vi- qui glori- cituram in illustri luce posteritatis suæ celebritatem. Alii tamen per lucernam Evangelium intelli- am alte- runt, alii Joannem Baptistam, qui etiam *Lucerna ardens* dicitur est. Lucernæ quippe erant & alii Pro- rant me- pheta: sed illines propemodum, quia ænigmatice fere omnes loquebantur. At Joannes manifestis- raphora à sima declaratione Christum ipsum intento digito commonstravit. Eucherius plerumque bona ope- Plin. in 3. l. ra per lucernam in Divinis literis accipi tradit, unde dicitur sit Evangelio: *Sic luceat lumen vestrum,* ff. de servi- urb. præd. *ut videant bona opera vestra.* Matth. 5.

MORTES DUÆ. CAP. XIII.

B Cum vero in hominibus duæ sint occumbendi rationes, una quæ vi fit, altera quæ natura ipsa Mortis na- contingit; extinctum idem idem ignem, vi violentam mortem significare dicebant, cum scili- turalis ima- cet quis, uti superius dicebamus, manus sibi met inferret. Quantum vero pertinet ad mortis ratio- 50. nem, quæ natura fieret, esse hujus simulachrum volebant ignem, quem ita sponte deficere permisit- 50. sent: cautum enim erat lege, ne cui prorsus ignem extinguere liceret, neque quidem alimenta adji- 50. ciebant, ne frustra nutrireretur: extinctum porro nulli ex mulieribus licebat intueri. Sed qui veterum instituta eludant, non alia de causa cultum apud Romanos ignem afferunt, quam apud Ægyptios vel Canis, vel Crocodilus, vel Lupus enutrireretur.

PIETAS. CAP. XIV.

Plerisque vero monumentis ignis est pietatis hieroglyphicum. Quod si inferiora hæc ulla nos 50. superioribus conciliare possunt, nihil est quod majore sit cum animo similitudine cum lumi- ne polleat, & illustret omnia, ac perinde genios ac Deum ipsum nobis representare videatur. Adde 50. quod, nihil aliud viventi magis congruit animali, animal & ipse à nonnullis existimatus: non ea tan- tum de causa, quod ut animalia cætera nutriatur, imo etiam omnivorus sit & insatiabilis, sed quod etiam sensu pollere videatur, quod tunc præcipue cum extinguitur apparet: quippe qui veluti prin- cipii vitalis expertus minime sit, inclamat, excandescit, ulcisci studet, reluctabundusque resistit, veluti reliqua faciunt animantia, quæ violenta morte perimuntur.

PERDITIO. CAP. XV.

Ignem alioqui belluam animatum esse Ægyptii ferebant, quæ quidem omnia absumeret, omnia de- 50. pasceretur. Hinc apud aliquos videas ignem symbolum esse perditionis, cum ita omnia consu- 50. mat. Animal vero esse indicio est, mori eum deficiente pabulo: quare, ut alibi dicitur, cadavera 50. apud illos cremare nefas: utpote quæ ita belluis devoranda tradi viderentur, ideoque in ignomi- 50. niam combustum Amasios cadaver à Cambyse.

BELLUM. CAP. XVI.

Ustatisimum etiam est ignem pro bellorum significato ponere. Hinc Hieremias ollam succen- 50. sam videt ad Aquilonem: unde scilicet tot in universonum terrarum orbem bellorum essent incen- 50. dia motibus assiduis effundenda. Hinc *tanti incendia belli*, legas apud Maronem: & *Italiam ardere Hecuba* 50. bello, apud Ciceronem. Hecuba vero face prægnans, ignes enixa jugales est, in futuri belli, quo pa- 50. tria caperetur concremareturque, significatum. Aruspices enim ignem in hujusmodi sæpe porten- 50. tum acceperunt. Cujus non ignarus disciplina Virgilius, de Lavinia, cujus causa bellum adeo fune- 50. stum excitandum erat, ita cecinit:

*Præterea castis adolet dum altaria tedis,
Et juxta genitorem adstat Lavinia virgo,
Visa (nefas!) longis comprehendere crinibus ignem,*

Dddd 3

Atque